



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 11. Ignis innocentibus idem, qui auro; nocentibus idem, qui stipulæ,
quam facile consumit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

pud cauponem, cui nomen Croes erat, con- Gilb.
 uiuæ chartis ludebant, à quibus, dum, defi- Cogn. I. &
 ciente zytho, caupo in cellā descendit, tan- Narrat.
 tus tempestatis extitit impetus, vt auulsa à
 fundamētis domus, procul abiecta sit, & op-
 pressi lusores, adhuc chartas manibus tenē-
 tes, reperirētur, nemine illius domus saluo,
 præter cauponem, qui concameratæ cellæ
 beneficio, inter dolia, homo fortasse non
 doliaris seruatus est.

§. X I.

*Ignis innocentibus idem, qui auro; nocentibus,
 idem, qui stipula, quam facile
 consumit.*

Prodest ergo, & defendit ignis innocen-
 tes, & laudat Dominum flamma, quæ ei
 ancillatur. At etiam offendit? etiam in
 cineres redigit? Vel innocētes sunt illi, quos
 lædit, vel igne digni. Si innocentes, Lauren-
 tios, Vincentios, Pionios, Carolos Spinolas,
 Apollonias, Affras, Hilarias, Eutropias, Eu-
 nomias, Dignas ex eis efficit. Nam, sicut igne Proverb.
 probatur argentum, & aurum camino, ita cor- 17.3.
 da probat Dominus; vt dicere possint: igne me Psal. 16. 3.
examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.
 Quod si verò elemento hoc vſtulantur ini-
 qui, non est id iniquū. Habent quod meren-
 tur.

tur. Sentiunt, quod iustitia his verbis exigit:

Ps. 20. 9. Inueniatur manus tua, omnibus inimicis tuis:
dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Po-
nes eos ut clibanum ignis, in tempore vultus tui:
Dominus, in ira sua, conturbabit eos, & deno-

Sapiet. 16. rabit eos ignis. Ita læpius contigit. Negan-
tes enim te (ô Deus) nosse impij, per fortitudi-

nem brachij tui, flagellati sunt: nouis aquis &
grandinibus, & pluvijs persecutionem paſsi, &
per ignem consumpti. Quod enim mirabile erat:
in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis vale-
bat. **VINDEX EST ENIM ORBIS**

IVSTORVM. Quodam enim tempore man-
suetabatur ignis, ne comburerentur, que ad im-
pios missa erant animalia, sed ut ipsi videntu-
scirent, quoniam Dei iudicio patiuntur perse-
cutionem. Et, quodam tempore, supra virtutem
ignis, ex ardeſcebat undiq., ut iniquæ terræ na-
tionem exterminaret. Quis artifex opere si
suo non defendit? suâ se hastâ protegit ha-
starius; suo gladio machæropeius; solus
Deus mundum fecerit, quo, contra illum,
homines vtantur, & ille non vtature eodem;

Sap. 5. 21. contra illos? Enim uero pugnabit cum illo or-
bis terrarum, contra infensatos. Ibunt directe e-
missiones fulgurum, & tanquam à bene curua-
to arcu nubium exterminabuntur, & ad certi-
locum

locū insilient. Quæ omnia, in aliquot tremenda narrationis exemplis, ostendemus contigisse.

§. XII.

Tibicinis, & aliorum obscœna leuitas fulmine punita.

Primum recenset idem, qui supra laudatus est, Thomas Brabantinus, his verbis:

Marchia, in Flandriæ atq[ue] Brabantia districtu, villa populosissima sita est, in qua dedicatio celebrata multos, ad spectacula & ludos, traxerat. Inter quos, ut à Magistro Guilelmo bono & literato presbytero, & de eisdem partibus nato, percepimus, quidam tibicen erat, qui chorisantes iuuenes & puellas, saltationibus, & gesticulationibus suis, ad carmina obscœna & turpia, concitabat. Hinc, calo nubibus circa vesperas obscurato, quig[ue] ad propria redierunt, solo autem tibicine nondum lusibus satiato, per viam ad solita remeante, & canente tibia, & saltante, & posteriorum sonitibus turpiter insonante, duo pueri pastores, ubi tonitrua, & coruscationes imminere viderunt, ad dumeta fugerunt, & eis videntibus, in tibicinem fulmen incidit, & extinxit.

& eius brachium amputauit. Nec mora, videbant pueri, quod duo nigerrimi canes, ex insperato, venerunt, & inter se pendulum extincte brachium deportarunt. Hac, post tonitrua, nun-

Thom.
Canti-
prat.lib.28
apū, cap.
67. §. 4.